UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Aduocatus

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

Fllius} *Banes, Tol. Cor. l.c. vide Arrag. l.c. Sot. l.c. B. Med. in inſtruct.*

Si tamen} *Sot. l.c.*

Nec ei:} *Nau. l.c.*

Arrag. l.c. fœminam debere famæ diſpendium pati exiſtimat; ſi bona hæredis illius fama maiora ſint.

Addit.} Adulter vxori occultus poteſt debitũ exigere; ius enim non amiſit in foro conſcientiæ. *Sãchez de matrim. l.1. d.68. n. 4. Sot. d. 36. q. vni. ar. 4. p. a. Sot. lec. 16. de matrim. Lop. p. 1. c. 83.* contraria tamen ſententia multis probatur. Vxori publicæ adulteręȩ debitum reddere cum ſcandalo p.m. eſt; *Vide Couarr. l.c. ex Caiet. vide Lopez l.c. Nau. c. 16. nu. 28. & Sanchez lib. 10. d. 13. de diuortio.*

Aduocatus, vide Iudiciales actus.

1 ADuocatus poteſt, quamdiu cauſa dubia eſt, patrocinari: quo autem tempore tenetur ſcire eſſe iniuſtam, tenetur de damno.

* *Nau. c. 25. nu. 28. vide Sot. l. 5. q. 8. art. 3.*

2 Aduocare poteſt coram Iudice ſæculari Religioſus ob Monaſterij neceſſitatem.

* Imperante Prælato *c. ex parte de poſtul.* vide *Syl. Aduocatus. §. 7.* alij etiam Sacerdotes pro rebus Eccleſiaſticis, & pro ſæcularibus in quatuor caſibus, *Syl. ibi.* 4.

Addit.} Aduocatus tenetur ſub p. m. paupe-

res gratis defendere; quando alia via in promptu non eſt. *Sot. l. c. art. 1.*

Ancipitem cauſſam tueri non poteſt in re graui honoris, aut vitæ: nam melior eſt conditio poſſidentis: at in re parum graui, expreſſa clienti cauſſæ imbecillitate, poteſt, ſine mēdacijs, id. 16. *art. 3. concl. 2.*

AEDIFICARE.

1 Aedificare etiam in tuo ſolo non potes quod tibi non prodeſt, & alteri nocet. * *Syl. ædificium. §. 5.*

Affinitas, vide Matrimonij impedimenta.

* Additio. } Affinitas non eſt inter virum, & vxorem, ſed naſcitur ab eis. *Couar. epito. p. 2. c. 6. §. & num. 7.*

Dum concurrit affinitas cum publica honeſtate, ſublata illa per diſpenſationem, tolli & hanc quidam aiunt, alij negant, vide *Couarr. l. c. numer. 5. Nauar. conſil. 7. de conſang. & affin. numer. 1.*

Non naſcitur ex matrim. rato, neque ex conſummato ſine ſeminatione. *Nau. ti. 10. cōſ. 4.* neque ex copula contra naturam. *D. Thom. q. 55. ar. 3. add. ad 3. p. Led. 16. ex communi*, ſed ex illa, ex qua generatio ſequi poteſt. *Led. ibi. Syl. matrim. 8. q. 15.* vnde, ſi fiat commixtio ſeminum, etiam ſi pudoris clauſtra non frangātur, oritur affinitas. Sola mulieris ſeminatio non ſuffi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN